Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ut merito uiuens tradat flamarum incendiis non ideo
quia dixit uxorem sed quia sponsam regis sui accepisset ut se me
liorasset. uel certe sui domini matrimonium usurpare stu
duisset. Ita etiam et tu o fili carissime rex hirtace. sciens epi
genia filiam regis decessoris tui sponsam regis celestis effec
tam et sacro uelamine consecrata. Quomodo poteris sponsam poten
tioris te tollere. et tuo eam matrimonio copulare. Ad hec
sermonem hirtacius rex qui per singulas dictiones apostoli lauda
tor extiterat. ira accensus abscessit

VII.

APOSTOLUS autem intrepidus et constans eo magis ala
crior prosecutus est dicens. Audite me qui timetis dominum. Rex terrenus
pauci temporis dominationem habere cognoscitur. rex autem celestis
eternum imperium tenet. et sic inenarrabilia gaudia facit habere
eos qui fidem suam ipsi custodiunt. Ita inenarrabilibus tormen
tis illigat eos quia fide et sanctitate eius discedunt. quod si timenda
est ira regis cuius magis ira timenda est quam dei. Nam ira hominis
siue suppliciis siue ignibus siue ferro coarceat. in tormenta
temporum desinit. Ira autem dei gehenne flamas peccantibus ac
cendit. Unde dominus et magister ueritatis ihesus xpc prescius futu
rorum dixit. apud reges stabitis qui cum flagellauerint aut
occiderint uos. post hec non habent quid facere. Et ideo dico uobis
ne timueritis eos. Illum autem timete qui post quam occiderit
potestatem habet [illegible] a perdere mittere in gehennam. Dico uobis
hunc timete. Tunc epigenia prostrauit se coram omni populo
ad pedes apostoli mathei et dixit. Obsecro te per ipsum cuius apostolus es
ut imponas super me et super omnes has uirgines manus. ut per uerbum